4. Pactum unionis prolium vulgari idiomate Einkindschafft, vi cujus superstes conjux susceptis ex priore matrimonio liberis ad secunda vota properare volens pacisci possit, ut utriusque matrimcnii liberi, quae a suis parentibus habent, vel sibi unientibus succedendo habituri sunt, aequales & viriles portiones accipiant, acsi ex uno & eodem matrimonio liberi editi essent, unitique parentes tanquam veri & naturales ipsis ad similitudinem adoptionis *r*)

5. Succedant, omnibusque liberis successio aequalis

q) Ut habetur in Nov. de consang. & uterin. fratr. L. matris ff. ad Senatus-Consult. Tertull. L. aut itaque mortuo C. communia de Success.

r) Ut in L. mulierem C. & l. 2. ff. de adopt.

qualis in omni pace permaneret, nec altercationis cujusdam, maxime inter fratres *s*) oriretur occasio,

6. Tanquam unicum remedium inventum, & ubique fere in Germania, *t*)

7. Maxime autem in Dioecesi Franconiae introductum, receptum & approbatum est. *u*)

8. Cum enim conjuges post mortem alterius libenter nubere vellent, illibenter tamen cum suis liberis dividere, & priusquam hoc facerent, manerent in viduitate, interim tamen in ea se continere non poterant, sed turpiter vivebant.

9. Item quia visum fuit, quod post factam divisionem nihilominus liberorum bona, quae propter multitudinem eorundem subinde parva erant, ex incuria & negligentia tutorum & Curatorum, antequam educati essent, fuissent consumpta.

10. Item quod eorum amici & consanguinei, quia persaepe pauperes & indigentes suaserint divi-

 sionem

s) L. 6. §. 2. C. de bon. quae lib. L. ult. in fin. C. comm. utriusque judicii.

t) Teste Gail. 2. obs. 125. Rick. tract. de unione prol.

u) Land. Ger. Ordn. Herzog. Francken tit. von den Einkindschafften 77. §. 1. Tit. 80. §. 1. Tit. 185. Tit. 108. usque ad tit. 120. exclus. Wehner. in cons. Francon. cons. 94. pag. 222. 66. 176. & ubique fere in d. cons.

ſionem bonorum, quod ex odio et inimicitia cum liberorum parentibus eorum bona non rite adminiſtrentur.

11. Quod parentes cum ſua una, liberi cum ſuis duabus tertiis, qui forte eſſent ad haec juvenes, ſe ſuſtentare non poterant. His omnibus & aliis moventibus de cauſis pactum hoc parificationis prolium juſtiſſime in Franconiam per ſpecialem ordinationem introductum eſt. x)

12. Ne autem per hocce pactum liberi primi vel ſecundi matrimonii facili negotio damnificentur aut graventur, illorum bona paterna, & haereditaria praedae exponantur, & extraneis applicentur, veri et legitimi haeredes in paupertatem inducantur, ſicque per indirectum non ſolum bonis paternis & maternis, ſed & ipſa Legitima & Jure naturae debita portione ſubinde priventur, & indebite ſpolientur; concluſum eſt hujusmodi pacta ſive conſuetudines nullibi valere, niſi ad eas utrinque exacta cauſae cognitio requiratur, & certae ſolennitates praeſcribantur.

13. Alias tanquam corruptelas & multorum malorum cauſatrices rejicienda eſſe. y) Und aber leicht-

x) Landger. Ordnung d. locis.

y) Ita Gail, d. l. & ob. n. 5. Rick. in tr. de unio. prol.

leichtlich allerhand Schaden und Nachtheil einer und anderer Ehe Kinderen zuwachsen kan; wo nicht so wohl die Obrigkeit, als Freündschafft, und Angewante der Vatter oder Mutterlosen Kinder ein gutes Aussehen haben, damit dieselben nicht vernachtheilet werden.

14. Extant super forma hujus pacti cujusque territorii singularia Statuta & Constitutiones scriptae, quae suis locis ita stricte & ad unguem servandae sunt, z)

15. Ut, etsi postea cognoscatur non damnosam fore parificationem, ea nihilominus non sustineatur, nec rata ac firma pronuntietur. Omnia enim illa, quae ad unionem prolium desiderantur, pro forma reputantur, adeoque praecise servanda sunt; cum ommissa & debita, & formalis solennitas totum actum vitiet & corrumpat. a)

16. Plerumque tamen ad unum omnes in hoc, quod coram ordinario Magistratu, praesentibus & consentientibus proximis amicis, Tutoribus vel Cura-

---

prol. cap. 6. n. 19. Landger. Ordn. tit. 108. §. 2. in verb.;

z) §. Jus aut. civile inst. de Jure Nat. Gent. & Civil. L. 9. ff. de just. & jure. Gail. d. l. & obs. n. 8. Rick. ibid. n. 49.

a) Argum. l. 1. §. 1. ibique DD. de V. O. L. 12. C. de testam.

ratoribus fieri, & desuper judicialis cognitio & confirmatio interponi debeat, unanimiter conveniunt. *b*)

17. Fürstlich Würtenbergisch LandRecht *c*) Statutum Francofurtens. *d*) Freyburgisch StadtRecht *e*)

18. Per ordinationem Provincialem Franconicam, Land. Ger. Ordn. Herz. Franck. licet quidem tripliciter vel ante matrimonium, & in ipso nuptiali contractu, bey öffentlichen Heyraths-Betheidigungen, vel stante matrimonio per pactum durch absonderliche Vergleichung, Pacta oder Geding vel coram Judicio Provinciali vor dem Land Gericht Herzog. Francken unire liberos suos. *f*) Nemlichen, und erstlichen als bißhero auf dreyerley unterschiedliche Weisen, die Einkindschafften in unserm Stifft und Herzogthum aufzurichten herkomen, bey offentlichen Heyraths Betheidigungen, sodann ohne dieselben durch absonderliche Vergleichung, Pacta oder Geding zwischen den Eltern und der Kinder Freündschafften, und dann letztlichen vor

---

b) Ita Gail. d. lo. & obs. n. 18. Land Gerichts Ordnung Herzog. Francken d. tit. von Einkindschafften. Reform. Mogunt. von den Einkindschafften. Statut. Wormatiense von Einkindschafft.

c) Tit. von Einkindschafften.

d) Ibidem.

e) Von Vergleichung und Annehmung der Kinder.

f) Land-Ger. Ordnung d. tit. 108. §. 7.

vor unserm Landgericht Herzogth. Francken, als lassen wir es bey demselben herkommen auch nochmahls bewenden.

19. Quilibet tamen uniendi modus peculiarem suam formam & requisita ad excludendam omnem fraudem & dolum habet. g)

20. Primus modus uniendi legitur in Jure Provinciali. *h*) Wann man nun bey einen offenen Heyraths Betheidigung eine Einkindschaft abzureden entschlossen, ist nicht vonnöthen, daß den Kindern unter welchen man die Einkindschafft aufzurichten vorhabens, Vormunder oder Curatores gegeben, oder geordnet werden, sondern gnugsam daß darbey seynd solcher Kinder nechste Freünd, fürnemlich aber die jenige, so von dem verstorbenen Vatter oder Mutter herrühren, wo mann die gehaben mag, oder in Mangel derselbigen, sonsten andere ehrliche, verständige, unverdächtige Männer, so der Eltern, auch der Kinder Wandel, Wesen, Nahrung, Reichthum, und aller Gelegenheit halber nothwendige Wissenschafften haben, die auch auf Ansuchen des überlebenden Vatters oder Mutter, von jedes Orts vorgesetzter Obrigkeit oder Gericht darzu verordnet werden sollen §. 1.

g) Vide Landger. Ordn. dictis titulis 109. 110. 111.

h) Sub tit. Wie in Heyraths Betheidigungen die Einkindschafften; mögen auffgericht werden 109 §. 1.

21. §. 2. Diese Freund, oder also darzu sonderlich verordnete Männer sollen bey ihren Pflichten, damit sie den Herrschafften verwandt seynd, ohne alle Respect der Personen dasjenige handlen und machen, das in Bedencken allerley Umstände, und Gelegenheit der Personen auch derselbigen Vermögens sie darfür halten, und achten, daß den Kindern am nützesten und besten seye; es wäre gleich dardurch die vorhabende Einkindschafft geschlossen, oder wann dieselbig den Kindern vor nachtheilig befunden die Abtheilung der Güter verabscheidet.

22. §. 3. Was dann also bey der Heyraths Beredung der Einkindschafft halber bedingt, geredt, gemacht und verglichen wird, solches alles solle folgends mit nothwendigen Umständen und Beschaffenheit der Sachen auffgezeichnet, beschrieben, und ein offen Instrument, oder besiegelter Brieff darüber auffgericht werden, in welchem alle diejenige, so bey Deroselben Handlung gewesen, bey obgedachten ihren Pflichten bekennen, daß sie solches also haben helffen handlen, und abreden, daß sie auch dasselbe den Kindern für das nützlichste und beste haben angesehen, welchen Brieff und Instrument folgends beede Eheleüt in eigener Person, oder dnrch ihren darzu gevollmächtigten Anwalt, auf vorgehende Proclamation, an unserm Landgericht, dem alten Herkomen gemäß sollen confirmiren und bestättigen lassen; daselbst auch, ob solche abgeredte Einkind-

schafft

schafft den Kindern nutz, oder nicht nutz seye, mit allem Fleiß inquirirt, bedacht, erwogen, und also, nach Befindung der Sachen, die Einkindschafft confirmirt, und bestättiget, oder annullirt, auffgehoben, und dargegen die Theilung aufferleget werden solle.

Solennia unionis.

23. Ex quo colligere licet primo ad verba: Daß darbey seynd der Kinder nechste Freünd, parentum votum in hoc negotio minime sufficere, eo quod eorum personae cum secundis nuptiis funestatae, & liberorum prioris matrimonii spem utique certiorem contristantes, aliquatenus sint suspectae; dictum est enim supra *i*)

24. Novarum nuptiarum blanditiis delinitos parentes aliquando non solum bona, sed etiam vitam prolium prioris matrimonii uxori posteriori addicere. *k*)

25. Sed utriusque Lineae agnati, nec non consanguinei proximiores advocari debent, ut horum stipati praesidio omni fuco & collusione actum carere Judicem edoceant. *l*)

26.

i) Diff. II. Part. II.

k) L. 22. C. de adm. tut.

l) Text. in l. 22. C. L. 39. ff. de adopt. Rick. in d. tr. de uni. prol. cap. 6. n. 9.

26. Secundo ad verba §. 2. Diese Freünde, und darzu sonderlich verordnete Männer nec adhibitis his amicis & consanguineis adhuc istam conjunctionem temere & inexplorate esse admittendam, verum diligenti inquisitione bonorum & conditionum, aetatis,

27. Ac valetudinis utriusque prolis parentum praehabita. *m*)

28. Tertio ad verba: Sollen bey ihren Pflichten, damit sie den Herrschafften verwandt seyn. Imo & religione Jurisjurandi adigi, & pro conditione personarum eorum conscientias urgeri posse; quod putent & sincere credant, pactum hoc liberis omnibus salutare fore, vel eos non magnum rerum dispendium inde facturos. *n*)

29. Ne sub copulandae hujus adoptionis seu unionis obtentu alter in alterius facultates potius irruere, illisque insidiose contra bonos mores inhiare, quam conjugalis amoris arctiorem conjunctionem appetiisse videantur. *o*)

30. Quarto, ad verba: §. 3. Daselbsten auch ob solche abgeredte Einkindschafften der Kinder nuß. Quia pro-

m) Argument. l. 68. l. haered. ff. ad l. falcid.

n) Argumento eorum, quae dicit Gellius lib. 5. cap. 19. de jurejurando, quod arrogando juraretur.

o) L. 2. de adopt.

proximiores amici & consanguinei hanc rem, uti ad se commoditate ipsa praesenti non pertinentem, non qua decet, diligentia exquirent, aut perscrutabuntur, innuitur, Judicem hac in parte vices parentum & consanguineorum agere, ac geminatum pietatis officium praestare debere. *p*)

31. Ut si in horum persona defectus aliquis resideret, per Magistratum, qui vere paternum & maternum animum & officium induere tenetur, *q*) suppleatur: parentum bona hinc inde explorentur, fortunaeque liberorum collatione cum amicis facta sollicite inquirantur, primique vel secundi matrimonii (circumstantiis & rebus ita suadentibus)

32. Liberis aliquid praecipui, sive praelegati nomine, vulgari idiomate *ein Voraus* assignetur. *r*)

33. Ubi & notandum: Quod Judex non pendebit solum ab eorum arbitrio, sed motum suum in varios, qui accidere possunt, casus, & eventus subacto & discreto judicio informabit. *s*)

34.

p) L. 3. §. si cum ff. de lib. hom. exhib.

q) Arg. l. 19. ff. de rit. nupt. L. 7. C. qui admit. ad bon. possess.

r) Argum. l. 17. §. 2. L. 39. ff. & §. 3. Inst. de adopt.

s) Argum. text. & eorum, quae habentur in l. 22. §. nec non illud. ff. solut. matrim. L. 8. ff. de Transact.

34. Et perquiret eum, qui se de fortunis pupillorum instruat, neque nimium tutoribus, vel consanguineis credat, qui nonnunquam lucri sui gratia asseverare quid solent.

35. Quinto & ultimo: ad verba §. 2. Und also nach Befindung der Sachen. His omnibus per modum deliberationis, & cujuspiam consultationis praemissis, ubi constiterit salutarem fore unionem, vel non magnam inaequalitatem, seu damnum allaturam. *t*)

36. Decretum ac authoritatem suam requisitam Magistratus interponit; actumque unionis mox confirmat. *u*)

37. Quomodo secundo stante etiam matrimonio per pacta durch Pacta, und Verträge, quemadmodum Statutum Francofurtense exposcit; dein tertio am Landgericht die Einkindschafften mögen auffgericht werden. *x*)

38. Ubi praemissae solennitates & formae essen-

tiales

---

t) Text. in l. 17. §. & primum ff. de adopt.

u) Arg. eorum, quae Bart. in cap. 2. de feud. quae sine culp. non amit. pluribus. Rick. in tr. de unio. prol. cap. 6. Gail. d. l. & ob. Harpp. ad inst. tit. de adopt. Land Gerichts Ordnung d. titulis.

x) Vide Land Gerichts Ordnung Herzogthum Francken tit. 120. & 121. per totum.

tiales ubique fere concurrunt cum priori modo, uti videre licet.

Effectus unionis.

39. Quodsi secundum haec requisita & praescriptam formam unio sive parificatio prolium die Einkindschafft firmiter erecta fuerit, tantarum est virium, quod utrorumque bona omnibus liberis, tam veris, quam adfiliatis communicentur aequaliter, & e contrario haereditas, sive bona liberorum omnium mediante parentum voluntate, cognatorum, seu affinium proximorum assensu, & denique authoritate Judicis cum causae cognitione, accidente casu, quo hos illis superesse contigerit, in potestatem & dominium parentum transferantur, tutela sive cura finiatur, iterum recidant in potestatem parentum, perindeque habeantur, ac si unius ejusdemque lineae, ac parentelae essent, ita ut hoc effectu considerato vitricus induat personam veri patris, noverca vero matris, privignus & privigna Germanorum liberorum & filiarum vices & personas assumant, ab iisque alendi, & habendi sint, tanquam eorum naturales & legitimi liberi. *y*) Wann die Einkindschafften, nach Ausweißung unserer Ordnung, und in massen gehört, beständig auffgerichtet und gemacht worden, seynd sie

y) L. siquis à lib. in prin. ff. de agn. & al. lib. Land Ger. Ordnung Herzogth. Francken t. 118. §. 1.

sie sehr grosser Würckung und effects, und werden die eingesetzte Eltern den angenommenen Kindern, deßgleichen die Kinder gegen ihnen den Eltern in Erb-Gerechtigkeiten und allen anderen Stücken dermassen geachtet und gehalten, als wann die Kinder ihre rechte natürliche Kinder, und sie der Kinder rechte natürliche Eltern wären, so lang und viel biß sie wieder voneinander vertheilet werden.

40. §. 2. Dann erstlichen werden die gemachte Eltern und Kinder, vermittels solcher Einkindschafft, dermassen einander verwandt und vereiniget, daß derselbige gemachte Vatter oder Mutter diese Kinder gleich ihren rechten und natürlichen Kindern in ihren Gewalt, Zucht und Gehorsam bekommen. Dagegen seynd die Kinder solchen Eltern zu gehorsamen, und gegen ihnen gleich, als wären sie ihre rechte natürliche Eltern, sie zu erzeigen schuldig.

41. §. 3. Zum andern, so werden alle die Haab und Güter, so die Kinder jetzo haben oder künfftiglichen, da sie noch bey ihren Eltern unabgetheilet wären, ererben, bekommen, und erlangen mögen, der Eltern eigen, haben auch mit solchen, wie mit anderen ihren eigenen Gütern, zu gebahren, zu thun und zu lassen, und wo solche Kinder hernacher, ehe sie von ihren gemachten Eltern abgetheilet werden, einige Güter gewinnen, oder bekommen, in denen seynd diese gemachte

Eltern

Eltern dieser ihrer Kinder (wann dieselben ohne Eheleibliche Kinder absterben) erben ab inteſtato.

42. §. 8. Zum dritten würcket diese Einkindschafft, wo die Kinder Vormunder oder Curatores hätten, daß alsobalden nach Auffrichtung solcher Einkindschafft, die Vormunder oder Curatorschafft aufhöre, und sie die Kinder samt ihren Haab und Gütern auß derselben Händen, wie obgehöret, in die Gewalt und Fürsehung der gemachten Eltern kommen.

43. Quemadmodum enim dicti parentes & prioris & poſterioris matrimonii bonis communiter utuntur & fruuntur, ſic quoque illorum uniendi utriusque lateris liberi in eorum Succeſſione aequali poſtmodum Jure cenſeri debent, quod graviſſimae contentiones, quae alias facillime hinc inde ſuboriri poſſent, effugiantur. *z*)

44. Unde ſi liberi primi vel ſecundi matrimonii, quorum numerus jam certus & definitus eſt, ſint facultatibus & fortunis majores vel contra, ſtatutum eſt in plerisque civitatum & Provinciarum Reformamationibus, maxime autem in noſtra ordinatione Ducatus Franconiae, *a*)

45.

z) Argum. l. ult. ff. pro ſuo.

a) Land-Gerichts Ordnung Herzogth. Francken tit. von dem Vorauß, auch wie, und wovon derselbig gemacht, und wann er gegeben werden soll. 121. §. 1.

45. Ut liberis alterius matrimonii praecipuum aliquod, hoc est certa quaedam quantitas pecuniaria vel species, ut fundus (quae Germanico Idiomate ein Vorauß appellatur) assignetur, & ante divisionem bonorum cum unitis fratribus praecipiatur. Dieweil auch bey ungleichen Zubringen der zusammen heyrathenden Personen, obgleich die Einkindschafft vor nutzlich und den Kinder ersprieslich gehalten, dannoch offtermalen denselben zu besserer Vergleichung beederseits Nahrung von ihren Vätterlichen und Mütterlichen allbereit ansererbten, und in die Einkindschafft vermeinten Gütern ein Vortheil, so gemeiniglich der Vorauß darum genennet wird, weilen solche Kinder, denen derselbig zu gutem gedingt, denselben vor der gemeinen Theilung und über die auß derselben ihnen gebührende Portion und Erbtheil vorderist hinwegnehmen, bethaidingt zu werden pflegt. *b*)

46. Et licet jam modo visum fuerit, has uniones magnarum esse virium, earum tamen non sunt, ut inter liberos & consanguineos utrinque perpetuam, & in omnes casus reflexam constituant agnationem, & successionis spem; ultra liberos enim sive fictitios, patrem itidem, & matrem naturales, sive unitos

ad

---

b) d. §. 1. tit. 121. Reform. Mogunt. tit. von Einkindschaften. § Befunden aber die Vormunder. Wormatiens. tit. von Einkindschaft. Francofurt. 3. p. tit. 10.

ad ulteriores ſucceſſiones non extenduntur, eorumque bona ſolum communicantur & quaſi uniuntur. *c*) Sintemahl dann diejenige Freündſchafft, welche durch Pacten und Vergleich zwiſchen den Eltern Kindern und andern zu gemelten Perſonen gethaidigt wird, ſich billich auch ferners nicht dann auf die in die obligation und Verbündnuß brachte Perſonen erſtrecken ſoll. Als wollen wir, daß ſolches pactum unionis prolium der Einkindſchaften andere Perſonen nicht obligiren, binden oder betrefen, noch ſich weiter erſtrecken ſolle und möge, dann auf diejenige, zwiſchen welchen die Einkindſchaft gemacht, und aufgerichtet worden, nemlich auf Mutter und die unirte Kinder, die ſie zuſammenbringen, miteinander allbereit erzeügt, oder hinfürter erzeügen werden. *d*)

47. Pactum enim unionis eſt ſtricti Juris. *e*)

48. Ac proinde extra res & caſus in iis expreſſos non eſt trahendum. *f*)

49. Unde avorum & reliquorum aſcendentium Succeſſiones huic pacto non ſubjacent, aut ſunt ſub eo

 com-

c) Landgerichts Ordnung tit. wie weit ſich die Einkind ſchafften erſtrecken 119. §. 1.

d) Tit. 87. §. 1.

e) Gloſſ. in l. 6. ad verb. nullum C. de pact.

f) L. ſi unus. §. ante omnia ff. eodem.

comprehensae: g) quem filius meus enim adoptaverit, nepos mihi non erit, quin non omnis, qui filius est, statim nepos est, & vice versa. h)

50. So ordnen und wollen wir, wo nur schlechtlichen ohne weitere Bedingung und Abredung solche Personen aufsteigender Linien in die Einkindschafft willigen, daß sie darum denselbigen verglichenen Kindern nicht also und dergestalt für Anherrn und Anfrauen zu achten, daß auf den Fall der genanten Anherrn und Anfrauen tödtlichen Abgangs, dieselbe gleichgemachte Kinder mit anderen rechten natürlichen Kindern, Dichter und Erben zu ihrer Verlassenschafft gelassen werden müssen.

51. §. 4. Sondern sollen die Erbschafften den rechten natürlichen Dichtern oder gesipten Freünden von Geblüt hero allein bleiben. i)

52. Ex quibus virtute correlativorum infertur: Quod, quemadmodum nepotes, extra quam pacti sunt,

avis

g) Argumento l. 10. 26. ff. de adopt.

h) L. 27. ff. eodem. Landger. Ordn. tit. 118. §. 3.

i) In der Mayntzischen Unter Gerichts Ordn. tit. von Einkindschaften §. antepen. p. 132. Freyburgisch. Stadt Recht tit. von Einkindschaften. §. Die Erbschaft gleich gemachter Kinder. Francof. in §. Geschehe es auch. Juliacens. Reform. §. fin. Und soll in allweg.

avis suis dativis, seu ut ita dicam, ementitis non succedant, ita neque avos eisdem succedere debere. *k*)

53. Quodsi tamen parentes & liberi uniendi bona haec avita pacto unionis inclusa esse velint, non modo debet exprimi in eo, sed & avorum, de quorum bonis & Successione agitur, expressum requirent & obtinebunt consensum. *l*) Würden aber dieselbige Anherrn, Anfrauen, und derogleichen Personen auffsteigender Linien mit ausdrücklichen specificirten Worten willigen, abreden oder bedingen, daß diejenige Kinder, so ihren gegenwärtigen oder künftigen Dichtern durch die Einkindschafft verglichen, nicht allein ihr Söhn und Dichter zu rechten Kindern gemacht, und angenommen, sondern auch sie selbst derenselben Anherrn und Anfrauen seyn wollen, disfalls sollen solche gleich gemachte Kinder den gehörten Personen aufsteigender Linien zu Dichtern gemacht, und in Erbfall derselbigen Güter den rechten natürlichen Kindern oder Dichtern gleich gehalteu werden.

54. Si secus faxint, norint se illicito & turpi

 plane

k) Juxt. text. in Nov. const. 118. §. consequens. ubi gloss. Bald. in auth. defuncto C. ad Senatus Consf. Tertull. Rick. d. tract. de union. prol. cap. 7.

l) Landgerichts Ord. tit. d. 119. §. 5.

plane modo ſuper alienis paciſcendo ſimbolam ſine hoſpite *m*) facere.

55. Contractus enim unius non debet perſonam alterius, qui contractui non interfuit, nec ad eundem mandatum dedit, obligare.

56. Item veri & naturales liberi non debent praeter conſenſum ſuorum alios, & quidem extraneos haeredes adquirere.

Finis unionis.

57. Pactum Unionis legitime confectum immutabile quidem eſt, perpetuoque ad haeredes utrinque tranſitorium ſecundum illud:

58. Nihil magis convenit fidei humanae, quam ea, quae inter eos placuerunt, firmiter ſervare. *n*) Quia tamen nihil tam firmum, perpetuum & immobile excogitari poteſt, quod illa regula: Rebus ſic ſtantibus, dubium reddere nequeat, *o*)

59. Dictum eſt Pactum Unionis non perpetuam tribuere ſucceſſionis & agnationis ſpem.

60.

m) Ut inquit Zaſius in L. ſtipulatio hoc modo concept. ff. de V. Ob. L. fin. in fin. C. de pact.

n) L. 1. in prin. ff. de pact.

o) Argum. L. 2. ad L. Jul. Majeſt. C. veniens ubi gloſſ. in verb. praeſciviſſet. extr. de jurejur. Tiraquell. ad praefat. l. ſi unquam C. de revoc. donat. n. 165.

60. Exſpirat enim primo: per tranſitum ad ſecundas nuptias, & ſubſecutam actualem & realem diviſionem ſive ſeparationem bonorum, durch die Grundtheilung. *p)* Aber wann dieſelbige Kinder, oder Dichter von ihren gemachten Eltern abgetheilet, und ihrer Legitimae vergnügt worden ſeynd, alsdann iſt das vinculum unionis erloſchen, und können dieſe gemachte Eltern ihre Stief oder angenommene Kinder, oder Dichter weiter nicht erben, ſondern kommet deren Verlaſſenſchaft auf der Kinder andere geſipte, und nechſte Blutsfreünde. *q)*

61. Civilis ratio civilia Jura tollere poteſt, naturalia non utique: *r)* ut igitur unio eſt civilis, & per conſenſum inita,

62. Ita per diſſenſum, hoc eſt die Grundtheilung, diſſolvitur. *s)*

63. Unio enim eſt communio, & confuſio bonorum praeſentium & futurorum, & tamdiu durare

p) Landgerichts Ordnung tit. von Erbſchafft der gemachten oder dieſer Eltern, ſo durch Auffrichtung der Einkindſchaft Kinder oder Dichter angenommen haben 85. §. 1.

q) Landgerichts Ordnung tit. 119. §. 12.

r) Per text. in L. nihil tam naturale. ff. de reg. jur.

s) Argum. §. 1. inſt. de leg. agnat. tut. d. tit. 85. §. 2. & 3. Landgerichts Ordnung.

rare debet, quamdiu communio durat, & omnia ſunt in pari ſtatu, conditione & poteſtate plura adquirendi & communicandi. *t*)

64. Quod enim Juris eſt in contractu, idem Juris cenſetur eſſe in diſtractu. *u*)

65. Nam de Jure omnis diſpoſitio ſic intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & in eadem cauſa permanentibus.

66. Unde mutata rerum conditione, mutatur & ſtatus conventionis. *x*)

67. Exſpirat deinde unio ſive parificatio prolium per mortem unitorum liberorum. *y*) Letztlichen werden die Einkindſchafften durch den zeitlichen, natürlichen Tod der verglichenen Kinder zerſchlagen und auffgelöſt. Dann wann die Kinder alle vor ihren Eltern Todts verſterben, ſo hat die Einkindſchaft keine Würckung

---

t) Wehner in conſ. Francon. 12. n. 2. 3. & ſeqq.

u) Ubi DD. in l. fin. C. de pact.

x) DD. in L. qui Romae §. duo fratres ubi Jaſon. cap. 1. n. 49. ff de V. O. *L.* quod Servius. ubi not. gloſſ. ff. de cond. cauſ. dat. Ordinat. polit. Ducat. Francon. tit. 80. §. 4.

y) Land-Gerichts-Ordnung Herzogth. Francken Tit. Wie weit ſich die Einkindſchafften erſtrecken, und wann dieſelbige aufhören 119. §. 15.

ckung mehr zwischen den Eltern und deroselben Kindern.

68. Quod potissimum ex effectibus unionis colligitur, cujus potissimus est, ut fictitius pater fictitiis liberis, & hi vicissim illis succedant, & haeredes fiant; ergo ab hac paritate, siquidem per mortem unitorum sit recessum ab eo, sequitur Unionem amplius non constare, ut quae inter liberos fuit constituta. z)

z) Argumento ejus, prut. ait Paul. Math. Wehner in cons. Franc. 68. n. 12. *

* Bey diesem Demerathischen Werkchen muß ich anmercken, 1) daß der Verfasser seine ganz aneinander hangende Sätze durch Abtheilung in verschiedene Paragraphen zerrissen habe, und selbige hätten zusammen gezogen werden können; da aber diese Pieçe öfters nach der ersten Ausgabe angeführet wird, so habe ich lieber dem Verfasser folgen, als durch Verminderung der Paragraphen eine Unordnung machen wollen. 2) Wären zwar bey den meisten Stellen Anmerkungen und Einschränkungen beyzufügen gewesen, da aber in nachfolgenden besonderen Abhandlungen die hier vorkommenden Sätze weitläufig abgehandelt, und durch die neuen Gesetze berichtiget werden, so habe ich dieses, um kürzer zu seyn, unterlassen. Gleich dann ich auch 3) das Register deswegen nicht mitangefüget habe, weil das jedem Jahrgange anzuhängende Hauptregister dieses vollkommen ersetzen wird.

SECTIO I.

Opvscvlvm XI.

EXTRACTVS
EX DISSERTATIONE
PHILIPPI ADAMI DITTERICH,
HERBIPOLENSIS,
QVAM SVB PRAESIDIO CLAR. IOAN. REINHARDI KVGLER I. V. D. ET PROF. P. O. DEFENDIT
ARGENTORATI ANNO MDCCLXXIII.

DE LIBERIS
EX SVCCESSIONE PARENTVM
LEGITIMAM ET TREBELLIANICAM
DETRAHENTIBVS.

Dissertationem suam divisit Author in 4. Capita: primo generales de Legitima & Trebellianica ideas praemisit, & status quaestionem §. XVI. p. 18. ita format:

„Si contingat, ut Pater v. g. a filio fideicommissum universale reliquerit, quaeritur, an tunc filius ultra dodrantem bonorum hoc fideicommisso gravatus praeter Legitimam etiam Trebellianicam, sive,

ſive, uti DD. paſſim loquuntur, unam tantum, an vero duas quartas deducere poſſit? Ad hanc quaeſtionem in ſequentibus ita decidendam, ut inutilibus tricis obex ponatur, juvat prius *Statum quaeſtionis*, uti vocant, clare ac perſpicue determinare. Non itaque hic nobis quaeſtio eſt de caſu *L. 3. §. 2. D. ad SCtum Trebel.* ubi ſtatuitur, quod haeres Legatis ſimul & Fideicommiſſo univerſali ultra dodrantem gravatus quartam Legatariis & Fideicommiſſario deducere poſſit. Scilicet tum a legatis, tum & a fideicommiſſo deducit, ſed unam tantum quartam, non duas. Neque huc pertinet caſus *L. 67. D. ad L. Falcid.* ubi Legatum perſonae alicui ultra quantitatem a lege definitam, relinquitur, & haeres dodrantem ſalvum non habet, atque conſtituitur, quod haeres praeter quartam falcidiam, exceſſum ſimul Legati, cujus Legatarius incapax eſt, detrahere, ſibique retinere poſſit. *a*) Sed illud potiſſimum hic nobis quaeritur, *an Liberi Fideicommiſſo a Parentibus gravati primo Le-*

giti-

---

a) Ita quidem DD. paſſim hanc *L. 67. ff. ad L. Falcid.* exponunt, ac de jure novo accipiunt, quo ea, quæ incapaci legantur, apud hæredem manent. Verum jure antiquo, quod adhuc ætate Terentii Clementis, qui auctor eſt d. L. 67. obtinuiſſe videtur, eiusmodi legata ex diſpoſitione Legis Juliæ & Papiæ tanquam caduca, fiſco cedebant. Conf. CHIFLETIUS *de Portionib. Legitimis* Cap. XIII. in E. O. Theſ. Jur. T. V. p. 746.

gitimam, qua Liberi, detrahant; & postea a residua haereditate quartam quoque Trebellianicam, qua haeredes fiduciarii, detrahere possint? „

In secundo quæstionis hujus decisionem negativam ex Jure Civili deducit: In tertio vero eam affirmative ex Jure Canonico resolvit: Deinde in quarto p. 49. usque ad finem Usum Fori sequentibus commonstrat.

§. I.

Doctrina Juris Canonici in praxi ubivis recepta.

Quam initio Capitis praecedentis Juri Canonico prae Justinianeo vindicavimus praerogativam, ejus novum velut argumentum indiciumque haud obscurum praebere potest quaestio, hucusque a nobis tractata, in qua quippe decidenda praxis forensis plerorumque locorum, & tantum non omnium, non sententiam Juris Justinianei, quod, ut in praecedentibus fuit ostensum, liberis fideicommisso universali a Parentibus gravatis, ultra Legitimam nihil concedit, sed dispositionem Juris Canonici, naturali aequitate minime refragante, sequitur; atque liberis istis absque ulla haesitatione passim indulget, ut praeter Legitimam & Trebellianicam deducere possint. Nimii fere sunt DD. in congerendis & accumulandis hujus praxeos testimoniis, quam nec ii ipsi negare audent, qui praecellentiam Juris Canonici prae Romano,

mano, aut etiam ipſam iſtius Juris diſpoſitionem in dubium vocant. Ita ipſe ANT. FABER, quem tamen Juri Canonico hac in re minus faventem ſupra vidimus, nihilominus ingenue fatetur, duplicem iſtam detractionem, quam Jus Canonicum praecipit, univerſali fere totius orbis conſuetudine eſſe receptam, usque adeo, ut ridiculum foret, de ea amplius in foro dubitare. *a*) Ita quoque Cel. VINNIUS Jus illud duplicis detractionis in foro & Judiciis ubique receptum eſſe, hocque & lippis & tonſoribus notum eſſe, dicit. *b*) Quin plane DD. non deſunt, qui hanc duplicem detractionem per totum mundum ſervari ajunt. *c*)

§. II.

Praecipue in fideicommiſſis ſub conditione aut ex die relictis.

Neque tamen ipſa haec praxis hodierna, quae duplicem iſtam detractionem ex praeſcripto Juris Canonici in judiciis ſequitur, quantumvis univerſalis illa a DD. paſſim praedicatur, ubivis locorum eadem eſt, nec eodem ſemper ſe modo habet. Dantur quidem loca, in quibus liberis fideicommiſſo gravatis duplex detractio, de qua loquimur, indiſtincte per-

---

a) *In Cod. Sabaud. Lib. VI. tit.* 27. Idem teſtatur SANDIUS *Deciſ. Friſ. L. IV. tit.* 7. *def.* 3.

b) *Quaeſt. Select. Lib. II. c.* 29.

c) Quos vide apud P. HEIGIUM *P.* I. *Qu.* 32. *n.* 15.

permittitur; in aliis vero haec ipsis non nisi in fideicommisso sub conditione aut ex die relicto conceditur, in fideicommisso vero puro denegatur. Quamvis autem, uti supra vidimus, distinctio haec menti Juris Canonici minime conveniat, & a DD. tantum ex nimia veneratione Juris Romani invecta ac introducta fuerit, negari tamen nequit, eam passim & in plerisque tribunalibus, saltem Germaniae esse receptam, atque in judiciis stricte servari, ut in Electoratu *Saxoniae*, *d*) in Ducatu *Bavariae*, *e*) in Ducatu *Würtenbergico*, *f*) & alibi. g) Sequitur eam quoque praxis fori Argentoratensis, *h*) in tantum, ut Patri nequidem liceat detractionem Trebellianicae prohibere, si liberos fideicommisso universali sub con-

d) Ut testantur CARPZOVIUS *Jurispr. for. P. III. Const. I. Def.* 21. P. HEIGIUS *l. c.*

e) Vid. *Chur-Bayrisches Land Recht cap.* 38. *art.* 6.

f) Jus Provinciale *Würtenbergicum P. III. tit.* 13. add. HARPRECHT *l. c. Cap.* 2. §. 24.

g) Densissimam DD. nubem, qui hac de re testantur, adfert HARPRECHTUS *l. c. cap.* 4. §. 69. Plures quoque eorum allegat STRUVIUS *Exercit. XXXVI. th.* 30. *ibique Müllerus.*

h) Uti id testatur BRAUNIUS, Vir praxeos Argentoratensis peritissimus, in libro Mscto *de Arte Notariatus Lib. II. Cap. III.* §. 3. *seqq.*

conditione aut ex die oneravit, atque non obſtante hac prohibitione, liberi praeter Legitimam Trebellianicam quoque deducere queant. *i*)

§. III.

Hinc inde quoque in fideicommiſſo puro, imprimis in Gallia.

Non tamen deſunt, ut jam monuimus, alia loco ac Tribunalia, quae diſtinctionem iſtam inter fidei. commiſſum purum & non purum, utpote & naturali aequitati, & menti Juris Canonici contrariam, hac in quaeſtione nunquam receperunt, aut hodie ſaltem non amplius ſequuntur, adeo, ut ibidem integrum ſit liberis fideicommiſſo etiam puro gravatis, praeter Legitimam Trebellianicam quoque deducere; *k*) quod ipſum imprimis de foris Galliae dicendum. Olim quidem, imo adhuc ſub initium hujus ſeculi, praxis Galliae hac in re, dubia atque incerta, ſaltem non uni-

i) BRAUNIUS *l. c.* §. 6. qui vero hic ſibi parum conſtat, dum ſtatuit in fideicommiſſo puro Patrem poſſe liberis detractionem Trebellianicæ inhibere, cum tamen eam juxta Praxin Argentoratenſem in fideicommiſſo puro locum non habere paulo ante ſcripſerit.

k) Nonnulla eorum indicat HARPRECHT *l. c. Cap. II.* §. 22. STRYKIUS *de S. A. J. Diſſ VII. Cap. I.* §. 28. & LEYSERUS *Medit. ad ff. ſpec.* 405. *m.* 2.

uniformis fuiſſe videtur. *l*) Omnem vero dubitationem circa hanc quaeſtionem e medio tandem ſuſtulit *Ordinatio Regia de Teſtamentis*, a. 1735 promulgata, quae Art. LVI. duplicem detractionem non tantum liberis, ſed & aliis omnibus, quibus Legitima debetur, ſi fideicommiſſo fuerint onerati, ſimpliciter & absque omni diſtinctione conceſſit. Verba laudati Art. LVI. haec ſunt: *Ceux, qui ont Droit de Légitime, & qui auront été inſtitués héritiers, pourront faire detraction de la quarte Falcidie ſur les legs, & de la quarte Trebellianique ſur les fidéicommis, & retenir en outre leur Légitime.* Cumque adeo Ordinatio Regia hic minime diſtinguat inter fideicommiſſa pura & conditionata aut ex die relicta; lege autem non diſtinguente, nec noſtrum ſit diſtinguere; haud dubie inde conficitur, quod hodie in Gallia liberis in utroque caſu, tam in fideicommiſſo puro, quam in non puro, duplex detractio & Legitimae & Trebellianicae competat. *m*) Permittit tamen dicta Ordinatio Regia teſta-

l) Uti vel ex iis adparet, quæ docet SCIPIO du PERIER *dans les queſtions de droit* (Toloſæ 1721) allegatus a LEYSERO *l. c.* affirmans in Parlamento *Provinciæ* duplicem detractionem etiam in fideicommiſſo puro admitti; in aliis autem plurimis Curiis Galliæ ſupremis adverſam opinionem receptam eſſe. Conf. quæ de praxi Galliæ habet HARPRECHT *l. c. Cap. II.* §. 22.

m) Add. dictæ Ordin. Regiæ Articuli LVII. LVIII. & LIX. in

testatori, ut detractionem Falcidiae aut Trebellianicae prohibere possit, statuitque, ut tunc ii, quibus Legitima debetur, hanc solam retinere possint, cessante Falcidia aut Trebellianica, dummodo testator ejus detractionem disertis verbis prohibuerit. Art. LX. *Sera néanmoins permis á tous testateurs de deffendre par leur testament ou par un Codicille postérieur, de retenir les dites quartes Falcidie & Trebellianique conjointement avec la Légitime, auquel cas ceux, qui ont Droit de Légitime, auront seulement le choix entre la detraction des dites quartes, & de celle de la Légitime; à moins que le testateur n'en eut autrement ordonné, en les réduisant à leur Légitime; & la disposition du présent Article aura lieu dans tous les cas portés aux Articles LVI. LVII. & LVIII. deffendons aux Juges d'avoir égard à la dite prohibition, si elle n'est faite en termes exprés.* Quae dispositio cum & ipsa generalis sit, ad omnes eos pertinens, qui Jus petendi Legitimam habent, satis clare docet, quod in Gallia Parentes etiam eo in casu, si liberos fideicommisso onerarunt, detractionem Tre-

in quibus duplex hæc detractio etiam ad testamentum clausula codicillari munitum, nec non ad testamentum ob præteritionem ejus, cui Legitima debetur, ruptum aut rescissum, imo plane ad testamenta maxime privilegiata, etiam ad militaria, extenditur & adplicatur.

Trebellianicae prohibere possint, & quod tunc liberi Parentum voluntati stare teneantur, nec duplicatam partem detrahere possint, sed tantum electionem habeant, utrum Legitimam, an Trebellianicam retinere velint; nisi & hanc electionem parentes ipsis ademerint, jusserintque eos Legitimam accipere.

§. IV.

Usus Fori Herbipolensis.

Vidimus hucusque dispositionem Juris Canonici, quod optimis rationibus subnixum liberis fideicommisso gravatis, duplicem detractionem concedit, in praxi plerorumque locorum, vel simpliciter, vel saltem secundum quid & sub distinctione, etiam contra Jus Romanum fuisse receptam, hodieque obtinere. Nunc coronidis loco dispiciendum quoque erit, de usu, quem haec Canonum dispositio in dulcissima patria, in foro, inquam, *Herbipolensi*, habeat. Quin in Franconiae ejusque Metropoli Jus Canonicum eadem praerogativa gaudeat, quam eidem supra prae Justinianeo vindicavimus, non facile quisquam negaverit. Nihilominus tamen decisio Juris Canonici, quae liberis fideicommisso gravatis duplicem detractionem permittit, in Ducatu Franconiae nunquam fuit recepta, neque etiam facile recipi potuit, siquidem Jura provincialia Franconiae liberis adeo prospexerunt, ut a Parentibus fideicommisso vix onerari,

adeoque

adeoque nec duplici detractione opus habere possint. Scilicet quamvis Jus Romanum in favorem liberorum varia media introduxerit, quibus ipsi ad successionem in bona Parentum, saltem ex parte venire possint; quamvis etiam Jus Canonicum haec liberorum commoda multum auxerit atque ampliaverit, dum ipsis fideicommisso gravatis duplicem detractionem concessit; tamen magis omnino atque pinguius liberis hac in re prospexit cavitque Jus Provinciale Franconicum. Varia quippe singularia illud constituit de Legitima liberorum, quae quidem peculiarem commentationem atque laudationem mererentur, quae tamen, cum ad finem hujus speciminis Academici properamus, nonnisi in compendio nobis sistere licet. *n*) I. Jure Franconico Legitima liberorum, non uti Jure Romano, triens est aut semis, pro diverso numero liberorum; sed omnino Bes, sive octo unciae, aut duae tertiae, quas liberi titulo Legitimae ex bonis tam patris, quam matris, accipere

n) Et quidem ex ipso Jure Provinciali *Ducatus Franconiae*, quod a. 1618. a JOHANNE GOTHOFREDO, *Episcopo Bambergensi ac Herbipolitano* denuo publicatum fuit, sub titulo: *Hochlöblichen Stifts Würtzburg und Herzogthums zu Francken Kayserliche Landesgerichts-Ordnung.* Edidit illud quoque Ill. a LUDOLPH., atque *Observationibus forensibus P. III. n. 1. subiunxit.* *

* LVDOLPHVS tantum partem tertiam edidit.

pere debent, & quidem indiſtincte, ſive plures fuerint, ſive pauciores, deducto tamen prius aere alieno. o) II. Hanc Legitimam liberi Jure Franconico non ſolum poſt mortem Parentum ex ipſorum haereditate conſequuntur, verum eandem quoque pluribus in caſibus a vivis etiamnum Parentibus, etiam invitis petere ac exigere poſſunt. p) III. Si liberi a vivis Paren-

o) Verba Juris Prov. *Franconici P. III. tit.* 29. ita ſonant: *Obwolen nach beſage der geſchriebenen Kayſerlichen Rechten, die Legitima, ſo den Kindern von der Eltern Güter gebühret, nach Anzahl derenſelben Kinder, das dritte oder halbe Theil gerechnet wird, ſo iſt und hält man doch nach dem Landrecht und Gebrauch unſers Herzogthums zu Francken für aller Kinder, deren ſeyen gleich viel oder wenig, Legitima und Pflichtstheil, zwey Drittheil, die man ſonſten gemeiniglich das Zweytheil nennet, aller väterlichen und mütterlichen Haab und Güter, wo gleich die herkommen . . . Jedoch müſſen vor allen Dingen aus gemeinem Gut die Schulden bezahlet, oder allen Theilen, den Eltern und Kindern in ihren Dritt- und Zweytheil zugetheilet werden; dann dieſe der Kinder Legitima oder Zweytheil iſt davon nicht gefreyet, ſondern wird erſt nach Abziehung der Schulden gerechnet.*

p) Jus Provinc. *Francon.* P. III. tit. 31. ubi duodecim caſus recenſentur, in quibus Parentes etiam ſuperſtites, liberis legitimam præſtare tenentur; quales liberi deinde dicuntur *abgetheilte* oder *abgefundene Kinder*.

Parentibus Legitimam nondum acceperunt, tunc Parentes in ultima, quam condunt, voluntate, ipsis dictam Legitimam non tantum relinquere tenentur, nisi justas habeant eos exhaeredandi causas, *q*) sed nec de reliqua tertia bonorum suorum parte disponere possunt, nisi in commodum ipsorum liberorum, aut in favorem piae causae: ut adeo quoad hanc tertiam partem Parentes liberos in favorem extranei fideicommisso gravare nequeant. *r*) IV. Si vero Parentes

q) Quæ recensentur *ibid. P. III. tit.* 50. ac eædem ferme sunt, quas JUSTINIANUS Imp. *in Nov.* 115. *c.* 3. definivit.

r) Verba Juris Provinc. *Franconici P. III. tit.* 39. §. 16. *& seqq.* hæc sunt: *Die rechte natürliche Eltern mögen gleichwol ein Testament unter ihren Kindern aufrichten, auch einem oder mehr unter denselben, die sich vielleicht besser und gefälliger als die andere gegen ihnen verhalten, und um dergleichen Ursachen willen, auch vor gethaner Abtheilung, ihr ganz Dritttheil, oder etwas davon, ihrem Wohlgefallen oder Gelegenheit nach, zu einem Vortheil vertestiren und vermachen. Desgleichen auch ihre arme Freunde, Gutthäter und Förderer mit solcher ihrer Legitima bedenken, aber andern Personen, ohne vorgehende gründliche Abtheilung, etwas zu verschaffen, sollen sie nicht Macht haben. Jedoch soll* ad pias causas, *um gottseliger milden Sachen, und ihrer Seel Heil willen, von solchem ihrem Dritttheil, auch vor der Abtheilung, zu testiren zugelassen seyn.*

tes adhuc superstites liberis Legitimam jam tradiderunt, atque ita eos quoad bona a se separarunt, tunc de residua tertia bonorum parte, ut & de iis, quae post separationem liberorum acquisiverunt, libere disponere possunt, etiam in favorem extranei, & quidem vel pure ac simpliciter, vel etiam sub onere fideicommissi, liberis vero nihil amplius relinquere tenentur. *s*) Cum autem eodem Jure Franconico, quoque non minus, ac Jure Romano, cautum, ut heres quicunque, etiam extraneus, si fideicommisso universali ultra dodrantem gravatus, quartam Trebellianicam deducere possit; *t*) vix dubitari potest, quin

s) Ibid. P. III. Tit. 39. §. 18. *Wann die Eltern die Kinder von sich zu Grund hinvveg und abgetheilt, haben dieselbige Eltern Macht, ihr ganzes Drittheil, und vvas sie vveiter bekommen, ihrem Gefallen und Willen nach zu verschaffen und zu verteftiren, und seynd den Kindern etvvas vveiter zu lassen oder zu verschaffen, nicht pflichtig.*

t) Ibid. P. III. tit. 47. §. 3. *Damit aber dieselbige instituirte Erben sich nicht zu beschvveren, oder des Testaments zu entschlagen, also auch des Testirers letzten Willen ersitzen zu lassen Ursach hätten; so ist Unser Will, dass zu Erhaltung der letzten Willen und Testamenten, dem eingesetzten, und also mit Restitution der Erbschaft beschvverten Erben, vvofern ihm anderst durch*

quin & filius hoc ultimo in caſu a Patre haeres ſub onere fideicommiſſi inſtitutus, Trebellianicam retinere poſſit, verum ita, ut eam ſolam detrahat; de Legitima enim, cum hanc a vivo jam Patre acceperit, tunc quaeſtio amplius moveri nequit; ut adeo ex his omnibus ſatis pateat id, quod paulo ante diximus, *duplicem detractionem, quam Jus Canonicum liberis fideicommiſſo gravatis tribuit, in Ducatu Franconiae atque in foro Herbipolenſi nullum habere locum.*

durch den Teſtatorn nicht eine ſonderbare Ergötzlichkeit verordnet, zum wenigſten der vierte Theil der ganzen Erbſchaft, in Rechten, Trebellianica *genannt, nachdem alle Schulden zuvor davon bezahlet, oder abgezogen, gefolget und gelaſſen werden ſolle.*

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Schneidt, Joseph Maria, 1727-1808

Thesaurus Iuris Franconici Oder Sammlung theils gedruckter theils ungedruckter Abhandlungen, Dissertationen, Programmen, Gutachten, Gesätze, Urkunden etc. etc., welche das Fränkische und besonders Hochfürstlich-Wirzburgische Geistliche, Weltliche, Bürgerliche, Peinliche, Lehen-,
Bd.: 1,4

Wirzburg (1787)

J.germ. 178-1,4/6
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10552591-1
VD18 80366376-001